

appellaretur: ut Iudei DEVM crucifixisse dice-  
rentur? Ασύστατα profectò isthac esse, sibiq; con-  
tradictoriè opposita, qui non videt, nihil videt.

35. Sed nimirum hoc vult noster Esavi posthu-  
mus, Realem & naturarum & Idiomatum κοι-  
νωσίαν, quam nostra defendunt Ecclesia, ceu Ne-  
storianum quoddam βδέλυγμα esse detestan-  
dam. Verum scelus est in dica: Vanitas in proba-  
tione.

## II. EUTYCHIANIS.

M V S.

26. Quod stultis accidere solet, ut dum vitare  
volunt vitia in contraria currant: Id Eutychi  
quoque, Archimandrite sive Abbati Constantino-  
politano evenit, dum Nestorianam volens vita-  
re heresin, in contrariam descendit hyperbo-  
len.

27. Ipse verò Euthyches suam de persona Chri-  
sti confessionem in concilio Chalcedonensi his ver-  
bis concepit: Ego inquit, Eutyches, ex dua-  
bus naturis genitum esse profiteor Domi-  
num nostrum Iesum Christum ante unio-  
nem: post unionem autem unam ejus esse  
naturam, & divinum ejus corpus neque  
substantiale nobis, neque iisdem nobiscum  
perpersionibus obnoxium esse prædico, E-  
vagr. l. 1. hist. Eccl. c. 9. Niceph. l. 14. c. 47. &  
lib. 18. c. 52.

R 3

Discri-